DOCTORIS FERDINANDI DE SOLA MEDICI HISPALENsis demittendo ſanguine in pleuritide secūdum Hipocratis, & Galeni ſententiam iudicium.

MAGNA FVIT CONTENtio inter antiquos Medicos de ſanguine mittendo impleuritide ſcilicet, ex qua parte fieri debeat, græci fere omnes ex eadem aſirmantes Arabes autem ex contraria, ſed recentiores facta vtriuſque curationis experiētia barbarorum opinionem tanquam pernitioſam exploderunt multi tamē iudicātes ſe alicuius noui eſſe factores, (quod iam relictum eſt:) iterum adarenā redeūt, ſic modo quidam Medicus Hiſpalenſis repugnantibus reliquis hāc defendere opinionē conatur cuius rationes hæc ſunt.

Prima exiſtente vulnere in vno latere ex altero mittimus ſanguinem reuultionis gratia, nam ex eodem magis concitaretur fluxus ergo ſimiliter impleuritide, patet eadē eſt ratio vtriuſque quia ſicuti in primo caſu reuelimus ſic & in altero. *Argu.*

Secūda eadem eſt ratio præcautionis & curationis, ſed in præcautione ſanguinem mitimus ex oppoſito latere, reuulſionis gratia ergo, & in curatione, probatur eadem cauſa quæ incepta fobet afectum eundem eficit cōtinuata, ſed ſic ſe habet vbi timetur fluxus, & vbi iam fluit ergo ſicuti in primo caſu ex latere opoſito debet fieri ſic & in ſecundo caſu.

Tercia Galenus multis in locis docet, quod longiſsi-

A me

me a parte inflammata est abocandus humor, sed misso sanguine ex proprio latere nõ remouetur, sed potius atra hitur ergo nullo modo est facienda.

Quarto in omni inflammatione faciẽda est flucxus in principio, ergo in omni inflãmatione in principio est rebelendum, sed ex proprio latere reuulsio fieri non potest ergo ex opposito est exercenda, probatur reuulsio est ad vocatio humorum contrario motu quem habet, sed sanguinis misio ex proprio latere non dat humoribus contrarium motum, ergo non fit ex eo reuulsio.

Quinto reuulsio si cognoscitur origo flucxionis ad originem fluxionis est exercẽda, sed vena caba fere semper est origo flucxionis, siquidem fere semper tota massa sanguinaria prius potrefit, & ex putrefactione separat natura, quod inflãmationem causat, ergo ad ipsam venã cauã est reuocanda flucxio, sed id non fit ex proprio, sed ex opposito latere ergo semper ex eo est exercẽda rebulsio.

Aucto. Auctoritatibus etiam hanc suam fulcire possumus oppinionem, 1. ex Hipocrate secũdo de natura humana, vbi asserit longisime & in contrarium aparte inflãmata auocandos esse humores, & Galenus 13. methodi, vbi docet quod laborante manu crus scharificetur, id etiam multis in locis ait & Celsus lib. 2. cap. 11. humero laborante reliquum scharificare censet, idem iudicat Aetius tãdem inter omnes vt magnus, Achiles ab eis Auicena proponitur, cui tota tribuitur inuencio iste autem lib. 3. fem. 10. trat. 5. cap. 1. in pleuritide & aliis internis inflãmationibus iubet secare venam in maleolo contrario in longitudinem, & postea in brachio contrario vltimo ex proprio primo quãdo plenitudo est magna, vt fit ex maiori distantia excruere quando tãta non est ex contrario brachio hęc sunt rationes & autoritates quibus hic magnus inuentor a consortio medicorum separatur.

Notãd. Sed vt in hac dificultate quę maxima & necessarisima pro humana saluti est, certa ab incertis separemus, aliqua sunt notanda, & presuponenda, & primum erit, quod omnis

omnis methodica curatio debet procedere indicationibus, & quod si simplex sit morbus, simplici indicatione curatur, si vero compositus composita, & similiter quod in vno morbo est duplex indicatio, vna quæ summitur a causa alia vero ab ipso affectu.

Secundo aduertendum est, quod in indicationibus cõplicatis hic seruatur ordo, quod ad vrgenciorem consilium curantis prius aplicetur, & si sint equales, ad id quod habet causę rationem & conditionis sine qua non, & in morbo cum causa prius a causa postea ad ipsum id methodice procedēdo, nam si aliquis vrget ad vrgenciorem vt dicxi & si equaliter ad omnes equaliter.

Tertio aduertendum est, quod causa tripliciter nobis indicat, ex se primo ex motu ad aliquam partem, & tunc ex postulat reuulsionē, quæ in cõtrarium fit, secundo ex modo motus vt si parum fluit & iã est flucxa et tũc ex postulat deriuationē, tertio quando iam est flucxa et tunc ex postulat a parte separationem, quæ dicitur euacuatio.

Quarto aduertendum est, pleuritidem morbum esse constantem ex duplici causæ motu exfluente quæ dicitur antecedens, & ex flucxa quæ in mediate fouet affectũ & dicitur coniunta: & quod ratione huius vltimę scilicet coniũtæ omnia signa quinque pactonomonica pleuritidis, si vera est, subboriuntur: nam febris in hoc morbo (vt ab ea incipiamus) accidentalis est dependens aputrefacione causę coniuntæ & non aputrefacione facta in vena caba, quod ex eo patet: quia vrina est optima, quod non esset si aputredine totius dependeret, quod aduertit Hipocrates in prognosticis, & confirmat Galenus tercio epidemiæ seccione secũda tex. 6. cũ ait vrina bona in pleuritide non est bonũ nec malum mala, vero malũ: quia primum nõ ostēdit, quod est in parte inflãmata, cuius ratione fit morbus, secundum vero ostendit morbi cõplicationē, quod malũ est, vnde cõstat falsũ esse afferere sęper ex putredine facta in vena caua procedere pleuriticã inflãmationē similiter dolor ex humore fluxo cõcitatur, quia

A 2 soluet

soluet continuũ excitando tumorẽ & tensionẽ in pleura, cuius ratione resultat dificultas respirationis, tussis que ex eo quod resudat ex cõiũcta causa pulmoni que cõmunicatur, prouenit, quod quando maxime liquidum est, dilabitur & non ex puitur, aut quando crassissimum quia expeli non potest, serrinus tandem pulsus ex pleurę tensione sit, propter quod arteriæ reduntur tensæ distenta tunica intro eas vestiente quę vna cũ pleura est.

Quinto notandum est, omnes euacuationes tan reuulsorias, quã euacuatorias fieri debere secũdũ rectum, quia sic magnifice pro sunt, cõtrariæ vero nocẽt euacuata materia quam euacuari non debebat nocentem in corpore relictam, quod Hipocrates affirmat. 6. Epidemie Sec. 2. tex. 12. 13. 14. & 15. & Galenus libro de Sanguinis misione cap. 15. 16. & 17. & 5. Methodi cap. 3. & 3. discrisibus ca. 3. & 2. ad Glaueonẽ cap. 2. & ratio est: quia partes, quæ e directo positæ sunt, magis inter se communicant, & fruũtur, vt Galenus docet 14. de vsu partium cap. 7. & de constitutione artis medicę cap. 17. & libro de Rigore cap. 7. ante finẽ vbi hęc proponit verba, alia enim vena cum alia corporis parte cõmunionem habet, & per rectum semper euacuationes facere oportet, nã si venas nil cum affecta parte rectum habentes incideris, nec affectam partem sanabis, & sanã semper ledes, &c. Et quia id ab omnibus & ab aduersario recipitur rectitudinem seruandam esse, solis autoritatibus præsuponitur.

Sexto Aduertendum est, rectitudinem constituendam esse in sotietate partium per communes venas proxime ab eodem trunco deductas per communia orificia communes cauitates & meatus, simul cum recto partium posito, quod vero fiat per communes vias ab omnibus vnanimiter ricipitur, quia si reuocatio fieri debet per easdem venas per quas fit, necessarium est, quod sint communes & inter se cõnecxę: sed quod hoc non suficiat, & simul sit necessarium quod communicent per orificia cauitates & meatus ocultos, ex eo patet, quod sanguinis misio ex la-

tere

tere finistro in inflãmatione iecoris, aut fluxus sanguinis ex nare finistro reprobatur, quia nõ est secũdũ rectũ, & fit per communes venas, quia equaliter ab eodem iecore distribuũtur & distant, non sufficit ergo quia riquiritur amplius ad rectitudinem, & quod hoc totum non sufficiat sine recta partium positione probatur ex eo quod Saphena exterior scisa maioris iuuamenti est in sciaticha quam interna, & tan vna quam altera seruat vasorum communitatem, per communes venas orificia & ocultos meatus, sed non est eadem positio partis, nam magis recta est exterior quam interna, & ideo magis prodest, quod optime docet Hipocrates 6. Aphoris 36. & confirmat Auicena fen. 4. lib. 1. cap. 20. ante finem cum ait & ratio quidem facit oportere vt Saphena & sciatica sint eiusdem iuuamẽti, sed experimentum facit vt operario sciaticæ plurimũ cõueniat dolori sciaticæ, & illud est propter aspectũ eius &c. ex quo patet rectitudinem tantopere ab Hipocrate Galeno & reliquis decantatam in hoc consistere, quod communicent per venas & meatus & recte sin positæ cũ parte, vnde patet quod dextrum cũ finixtro brachio nullum seruat cõsesum nec venarum nec partium positionẽ nec meatũm pater, quia communicatio est, quando orificia venarum inter se oscula osculis per anasthomosim sic dictam a Galeno communicant, & nõ quia ex magno trũco deducantur, quia sic omnes rectitudinem seruarent, & non proponetur preceptum, vbi necessariũ non erat, sed posuit & celebrat, vt in omni reuulsione rectitudo seruetur, ergo quia eam intelligit vt diximus destra cum destris & finixtra cum finistris, & id multis experimẽtis cõprobatur vidimus quotidie a destra parte capitis defluxionem podagricam prouenire, & a pede ad capud aurã frigidam epilepsiam concitantem ascẽdere, ab vno tamẽ latere in aliud nullus medicorum, nec vidit, nec timet, nec docet, ergo quia non seruat rectitudinem, sed medicus qui naturæ est imitator non contrario modo, ac natura operatur, operari debet, nam tunc non medicus,

A sed

ſed carniphex nominari poſſit, huc accedit maxima congruentia, quæ ſummitur ex eo, quod natura multas duplicabit partes & eas ſeparabit, vt ſi vna periret, altera conſeruaretur, ergo ſi vna ſeruari poſt & lædi, altera illeſa, eſt quia per alias vias & ocultos meatus tan cauſa nocẽs quã ſpiritus conſeruatibus ad eam peruenire poteſt.

Obiec. Dictis tamen non contrariatur quod Galenus 3. de fracturis com. 10. affirmet, rebulſionem fieri debere adextris ad ſinixtra, nam id in eodem latere intelligi debet, vt videre eſt in capite, quod cũ ſit vnum eſt deſtra & ſiniſtra pars. Non vero latus cõtrariũ intelligitur, quia dicit ſeruata rectitudine, quæ nõ ſeruaretur, ſi nõ eſſet in eadẽ parte.

Secunda Nec amplius contradicit dictis, quod aliqui affirmẽt in fibris rectis conſiſtere rectitudinem, nam id falſum eſt nam fibræ rectæ atrahunt, & ſanguis in Phlebotomia nõ trahitur, ſed expelitur cõcitata natura propter dolorem, & ligationem factam in parte.

Tertia. Multo minus huic repugnat rectitudo, quã noſter magnus inuentor affert, ſibi vt vult iudicat in corpore flucxus & reſlucxus ſanguinis, vt ſi ſanguis eſſet in venis vt in vtre aqua, non aduertens, ſanguinem a venis huc, & illuc moueri a facultatibus in illis conſiſtentibus, & quod non poteſt mitti niſi vbi ſit communitas & conſenſus requiſitus, vt natura aſſueſcit, ſed cũ id quod eſt, naturã imitari ſit vere medicũ quod ad vertat oportet ad curationem.

Quarta. Nec amplius obſtat quod ait Hipocrates in libro de alimento & 6. Epidemie ſec. 6. tex. 1. ſcilicet cõflucxio vna conſpiratio vna omnia omnibus cõſenciunt, quod etiam confirmat Galenus lib. 3. de facultatibus cap. 3. & de cauſis pulſuum cap. 12. nam id intelligendum eſt ex communi conſeſu omnium partium (quod optime inter omnes meo videri oſtendit Stephanus Atenienſis magnus & antiquus Galeni commentator, ſuper primum ad Glauconem) non vero de particulari requiſito ad ſanguinis miſſionem, quæ rectitudo dicitur vt monuimus, & affirmat Galenus libro de ſanguinis miſsione cap. 19. in principio.

Septimo

Septimo aduertendum est, quod in reuulsione præter rectitudinem etiam requiritur contrarietas, quam optime proponit Galenus in libro de reuulsione, cũ ait, quod est quadruplex supra & infra, ab intro ad extra, a dextris ad sinixtra, & ante & retro, id etiã affirmat. 5. meth. 3. & 5. Aphoris. 68. & quod semper est seruãda aliqua cõtrarietas nõ omnes simul: nã quãdo fit secũdũ omnes, non prodest, quia non seruat rectitudinem vt supra diximus, & ipse Auicena licet in reliquo cecus agnouit sen. 4. lib. 1. cap. 3. ad medium cum ait non oportet quidem, vt in duas Diametros prolongationem facias, sed in vna tantum quæ sit diameter magis longinqua, nam si materia fuerit in supremo dextre partis non erit trahenda, ad insimum sinixtræ & hoc est illud quod est magis necessarium &c. Reuulsio tamen proprie dicta, semper fieri debet cũ vna harum contrarietate hæc contrarietas in tam parua distãtia esse solet, vt in vna & eadẽ parte fieri possit & debeat secũdũ variũ sitũ, vt V. g. quãdo in capite fit reuulsio a parte anteriore ad posteriorem, fieri tamen potest in distantissima parte seruata rectitudine, vt fecit Galenus lib. artis medicæ 99. aliquando vero ad originem fluxionis, quæ magis proprie dicitur reuulsio, si cognoscatur quod elegãter Galenus docet 1. ad Glauconem 14. Origo tamen fluxionis aliquando pars proxima aliquando distans est & aliquãdo distãtissima potest esse, in quo casu quando constat medico de origine fluxionis semper ad ipsam originem rebelere debet, quia nulla alia ratione cõmodius quodlibet malum potest impidiri: secundũ quã doctrinã Galen. 5. Meth. 13. reuelit humores a capite ad pulmones fluentes medicamẽtis calidissimis capiti appositis vt tapsia, &c. & 3. de locis 7. ante finem in puero epileptico auram frigidam acrure ad cerebrum ascendentem reuelit quidem cucurbitulas & vincula cruri aponẽdo & vstiones, & lib. de sanguinis missione 18. in recẽ tirenũ inflãmatione prius sanguinẽ mittit ex brachio & nõ ex cruribus, quãdo adest plenitudo, etiã sirenes cõstituti sint in medio supernarũ & infernarũ partiũ, quia in partibus

bus superioribus magis redūdat sanguis, & sua natiua grauitate potius ad iuuatur ad descēsum, & sic videtur, quod sit origo fluxionis & ad illam reuocandum esse sanguinē; quando vero non constat medico de origine fluxionis, reuulsio ad maxime distantia loca, seruata rectitudine dicta, est exercenda, vt securius fiat, & hæc est causa quare in affectibus capitis fricamus & abluimus crura ad rebelendam doloris causam, quæ doctrina debet intelligi in præcautoria reuulsione, quæ fit sanitatis tempore ante quam humores cōfluant & consuetā inflāmationē generent, & in hoc sensu intelligit Galenus Hipocratis sententiam lib. 2. de natura humana tex. 9. vbi ait venarum secciones procul faciendas esse a locis in quibus sanguis colligi & dolor excitari consueuit vt natura a suescat humores ad alias partes trāsmittere, &c. Reuulsio tamen curatoria nō est facienda ad lōginquas sed ad oppositas tantum vt docet Hip. 6. Epidemie sec. 2. comēt. 29. & 5. Aphor. 68. & libro artis medicæ 95. & in opposita parte potest esse talis positio, vt simul fiat reuulsio & euacuatio si affectus vrgeat, quia vbi est periculi in minentiā nō vnica solum indicatione sed duplici est pugnandum & ratiō est, quia non solum intendimus rebelere & fluxionem sistere, sed id quod iam est in fluxum pro affectus generatione euacuare, quo euacuato similiter fluxioni sucurrimus quia non solum ad causam sed ad eius principium est accedendum, vt ait Galenus, a quo mutuatus est Auicena sem. 4. lib. 1. sciato quando asferit & cū ad diuersum trahere volueris dolorem prius seda sedatur tamen euacuata causa distendente, quæ est humor in parte contentus & in hoc sensu debent interpretari dificilia Hipocratis verba 6 Epidemie sec. 2. tex. 8. cum inquit renitenti sistere id est vt Galenus aduertit in cōmentario toto fluxionis tempore non esse remanēdum cum remediis reuulsoriis sed interponendum esse aliquod tempus euacuationi humoris pecantis & in affecta parte contenti, postea reuertēdum esse ad auxilia reuulsoria, nam sic magis proficiēt remedia, calor enim, & dolor, & molestia partis magis irritant,

irritant & concitant fluxionem, & hoc præcipue habet locum in internis inflãmationibus in quibus non solum intẽdimus reuelere causam fluentem, sed quod fluxum est propter mortis iminẽtiam, quia iuxta partes principes exixstit & quia fluxionis ocasio est.

His sic propositis 1. concl. quæstioni responsiua proponitur, quæ sic se habet in vera pleuritide, quæ suis sit firmata sintopmatibus non est exercẽda solum euacuatio reuulsoria, sed simul rebelere diriuare & euacuare debemus. 1. concl.

Probatur concl. hæc vbi complicatæ sunt indicationes, & omnes equaliter vrgent, si vnico remedio possumus omnibus sucurrere, ex meth. cõstat quod fiat, sed sic se habet pleuritis vera: ergo prob. ans. in pleuritide, causa, quæ fluit, indicat reuulsionem, quæ iuxta partem est diriuationem, & quæ fluxa euacuationem: & omnes equaliter vrgent, & magis fluxa quia quod iam fluxum est, magis molestat: siquidẽ concitat inflammationem iuxta cor ergo omnibus equaliter est sucurrendũ prob. minor quod scilicet id fieri possit vnica euacuatione, si humor trahitur ad contrariũ aut ad originẽ fluxionis fit reuulsio, & si fit per venas cõmunes & proximas fit euacuatio & deriuatio simul: sed talis vena eligi potest: ergo & fieri talis euacuatio vt infra latius probabo in tertia cõcl.

Ex latere opposito nulla euacuatio fieri potest reuulsoria deriuatoria, nec euacuatoria. Hęc e cõcl. duas habet partes quoad vnã scilicet, quod nõ deriuet, nec euacuet preterquam quod ipsi aduersarii fatẽtur Gal. aperte docet lib. de sanguinis missioni 16. quo ad aliã. s. quod nõ reuelat sic prob. ab omnibus est receptũ, & a Gal sepius de cantatũ, in reuulsione rẽquiri rectitudinẽ, sed sanguinis missio ex latere opposito nullã seruat: ergo nec fieri ex illa reuulsio petest: quod eam nõ seruet prob. rectitudo cõsistit in cõmunione valorũ meatũ, & recto partium positu vt supra probabimus, sed in aduersa sanguinis missione, nec est cõmunicatio valorum (quia non cõmunicãt nisi in origine de qua cõmunicatione nõ dicitur, quia secundũ ipsam omnes communicãt & non esset necessaria aduertentia) nec positionem partium, nec meatum nõ habet: ergo nullam seruat rectitudinem & per consequens, 2. concl.

Secūdò prob. reuulſio fieri debet ad originē fluxionis ſi cognoſcatur,& ſi nō cognoſcatur ſaltim vbi timetur, ſed latus oppoſitū nō poteſt eſſe fluxionis origo: ergo nūquā ad illud eſt, reuocādus humor prob. fluxiones omnes ſecūdū rectū ex ercet natura: ergo & auerſiones earū fieri debēt ſecūdū rectū ſed pars illa nō eſt ſecūdū rectū: ergo nec eſt origo fluxionis.

Obiectio. Sed obiicies, vno crure laborāte reliquū iubet ſcharificare Gal. in 13. meth. & ipſe iubet, vt ſeruetur rectitudo ergo, aut aliud in vniuerſalibus docet Gal. quam exercet aut eſt falſus.

Huic dubitationi reſpondent aliqui, Galenū falſum aſſerere in preſenti, & quod ſibi contrariatur in vniuerſalibus præceptis, quos inſequi debemus, & quod nullo modo ex alio crure niſi ex brachio ſanguinem mitēdum eſſe, ſed hæc reſponſio non eſt recipienda, ſiquidem Gal. cōtraditionē in ponit, quod prouenit ex praua eius intelligētia & ſic in hoc turpiter ſunt alucinati Auer. & mordicus Argenterius.

Et ſic reſpondemus, duplici ratione oportere vno crure laborante alterum ſcharificare 1. quia in inflammationibus exterioribus, in quibus non eſt maxima vrgencia, parum refert an omni moda ſeruetur rectitudo, 2. ne id quod a natura extra ex pulſum eſt, iterum ad amplas venas rerrocedat, & cordi communicetur, quod ſi fiat ex brachio, cōtinget, quod optime aduertit Auicena quando ait, & caue, cum ad diuerſum trahere volueris, ne humor tranſeat per membrum principale, quod maximum eſt abſurdū quoties morbus preſtat inducias, quia curatio fieri debet tuto, & non eſt tutum, quod eſt in parte inflammata ad regionem cordis aducere, quod fit, ſi ex brachio mittatur ſanguis.

Obiectio. Sed dices, ergo ſimiliter propter hoc brachio laborante crus non poteſt ſcharificari fieri, ſed reliquum brachium.

Sed diuerſa eſt ratio 1. quia ſanguis a partibus ſuperioribus ad inferiora cum maiori velocitate pertranſit, cum ex ſua naturali grauitate iubet nature ex pulſionem, & cum non detineatur (niſi peſtilens ſit humor) parum nocet, contra vero quādo ab inferioribus ad ſuperiora atrahitur humor: quia cum maxime violentetur multum detinetur, in via, cuius ratione nocet brachium tamen contrarium, ſciendi non debet,

quia preter quã quod nõ seruatur rectitudo similiter humor transit per mẽbrum principale & cũ maiori violencia, quia contrariatur naturæ motui qui est secundũ rectũ, & sic intelligatur Galeni doctrina quæ verissima est.

In omni vera pleuritide, si plenitudo sit, & vires consentiant, semper scindenda est vena vasilica eiusdem lateris. Dico in concl. si vires sint sufficientes, & plenitudo existat, nam quocũque horum deficiente, etiam si pleuritis vera existat, euacuatio non est exercenda. Prob. quia ad omnem sanguinis missionem requiritur presentia ex postulantis & consentientis: sed ii deficiunt: ergo & talis euacuatio, id Gal. affirmat in 6. Epidem. vbi sine sanguinis missione quẽdam egrotum laborantem vera pleuritide, se curasse narrat, quod etiã quando dolor paruus est fieri potest, vt iubet Celsus dum ait superuacaneũ esse auxiliũ sanguinis missionẽ si leuior fuerit pleuritis, quod etiã confirmat Ttralianus, sic ne igitur temere sanguine dimitas, nec purges, vt vulgo faciunt, nisi exquisite dedìceris humorẽ, qui inflãmationẽ fecerit copiosũ esse, & in toto corpore superare similiter Paulus, & Aetius docet. 3. *Concl.*

Hæc tamen concl quod silicet vena vasilica eiusdem lateris scindenda sit, est magni medicinæ parentis Hip. in 1. de morbis vbi de pleuritide agens hæc proponit verba, huic ve, nam secare conducit in manu splenitidem appellatã, aut hepatitidem iusta, vtrã sane fuerit morbus, id similiter affirmat 4. acutor. 73 dum ait si dolor supra ad clabem atingerit, vel circa mammam, aut brachiũ interiorẽ m brachii venã scindere oportet ab ea parte quæcũque illa fuerit vbi est dolor, hæc Hipoc. quid clarius id similiter Galenus in com. confirmat, & docet, vt sic reliqua Hipoc. dicta circa hoc intelligantur, id etiam docet 2. acut. 10. vbi ait in pleurica inflammatione sanguinem esse mittendum ad mutationem coloris, sed ex latere opposito etiam si totus quantus est in corpore euacues non mutabitur color: ergo ex eodẽ ait patet, mutatio fit quãdo cexit, quod contentũ est in inflãmatione: sed id per contrariam partem non potest extrahi: ergo semper ex eodem latere est faciẽda ista euacuatio ab Hipoc. proposita, id similiter docet Galen. 13. meth cap. 11, & lib. de sanguinis missio

ne cap. 16. vbi postquam vtriusque curationis fecit experiẽtiam, ait quoniam & pleuriticis quæ e directo laborantis lateris ad hibita fuit sanguinis missio clarissimam sepe vtilitatẽ attullit, quę vero ex brachio opposito, aut omnino obscuram, aut certe post temporis interualum, & non de enacuatione est intelligendus, vt inuentor vuit, nisi de reuulsione similiter, quia nullus ita cecus erat, cui necessarium esset aduertere, ex latere opposito euacuationem humoris existentis in parte inflãmata fieri debere, quia si ad reuulsionem nõ seruat rectitudinem quo modo ad euacuationem, preter quã quod in omnibus illis locis de principio inflãmationis loquitur, cum his tamen neoterici fere omnes conueniunt, nc tẽpus in recitando autores conteramus frustra.

Ratione tamen prob. 1. ea vena est scindenda in pleuritide, quæ omnibus propositis indicationibus correspondcar, s. quod reuelat, deriuet, & euacuet: sed ista omnibus correspondet. s. Vasilica eiusdẽ lateris: ergo ista semper est scindẽda, quod vero deriuet & vacuet nulli dubiũ est: quia est proxima, & per cõmunes venas, quod reuelat, prob. trahit sãguinem ad oppositum: ergo reuelit, quia reuulsio est aduocatio humorũ cõtrario motu quẽ habent, prob. trahit sanguinẽ ab intro ad extra, (quia vena ista respectu pleurę est exterior licet interna sit facta cõparatione ad cutẽ, vt locũ nõ habeat, quod de variolis affert contrariæ opinionis deffensor) & ab inferioribus ad superiora, quia brachium superius est ratione pectoris ergo reuelit.

Secũdo prob. reuulsio exercẽda est ad originẽ fluxionis, sed euacuatio facta ex eodẽ latere est huiusmodi ergo reuelit prob. pleuritis fere sẽper fit ex de fluxione capitis: aut ex refrigeratione pectoris recõcẽtrato sãguine ad interiora: ergo aduocatio illius ad superiora, & exteriora trahit ad originẽ fluxionis, quod fit ista euacuatione, ergo semper est exercẽda, & etiã si pars mãdans, sit vena caba, quod ex quisitum est, vt supra probabi aduc reuelit ad eã patet sãguis, qui exit ex acxilari prius euacuatur ex vena caba inmediate, ergo ad eã reuocat fluxionẽ & per consequens semper est scindenda.

Tertio prob, in morbis curatio tuto & cito est exercenda,

sed scisa ista vena curatio fit tuto, & scito, ergo ista vena est scindenda prob. curatio fit tuto & scito in inflãmationibus, quãdo causa molestãs auffertur, tan fluens, quã fluxa & cum minori virium dispendio: quia vnica salus in his inflammationibus est virium robur ex Galeno, Sed hoc fit misso sanguine ex eodẽ latere. ergo semper est mittẽdus, id prob. ista vena habet maiorẽ cõmunitatẽ cũ parte. ergo magis de materia in ea contenta euacuat, & est opposita ipsi parti: ergo reuelit & cicius eficit, quod est necessarium in inflammationibus, quod tutius & securius est.

Et confirmatur id, & sit 4. argum. ea vena secari debet in pleuritide & aliis internis inflãmationibus, quę cicius & magis reuelat & euacuet a parte affecta: sed vena vasilica lateris affecti hoc prestat munus in pleuritide, ergo hęc & non alia secari debet maior prob. ex Gal. 2. acutorum 10 quia pleuritis sicuti aliæ internę inflãmationes vrget sua acutie. & periculo, & nõ prebet indutias, & ideo occasio remedii preceps est, & dilatatio periculosa, qua ratione huiusmodi morbus nõ solum requirit magna remedia, sed etiam quæ celeriter sucurrant parti affectæ, nam quæ celeritatem desiderant celeriter sunt per agenda ex Hipoc. 1. acutor. 8. remedia enim si cuti cum morbis contendunt magnitudine, sic etiam cum celeritate contendere debent (quæ occasio dicitur & præceps ab Hipocrate) & in pleuritide non solum intendimus reuele re, sed etiam id quod Iam est fluexum euacuare minor prob. quia vena vasilica lateris affecti maiorem seruat rectitudinẽ cum parte affecta & maiorem consensum, tum ratione recti positus partis, tum ratione venarum: ergo cum suficiens sit distantia & contrarietas inter latus affectum & brachium, & maxima sit vasorum cõmunio celeriter, & efficaciter reuelet illius venæ seccio, & fluexum humorum euacuauit.

His sic propositis ad argumenta contraria satisfatiamus, Resp.
& ad primũ de vulnere existente in vna thoracis parte negamus, quod ex altera sanguis sit mittendus, quia nulla seruatur rectitudo, vt diximus, nisi ex pede & non quia magis cõcitarctur fluexus si ex eodem brachio mitteremus sanguinẽ sed quia in isto casu solum requiritur ex quisita & sola reuul-

fio & latus propter fluxionem vulneris est inanitum, quia si plenum esset cum dolore & inflammatione mitterem certe ex eodem & in hoc sensu seruatur paritas inter pluritidem, & hunc casum non vero, vt proponitur.

Ad 2. quod probat eandem esse rationem precautionis & curationis negamus hoc, quia licet eisdem remediis curare, & preseruare debeamus, nō tamen eis eodem modo aplicitis, quia proter maiorem necessitatem, aut cū maiori celeritate, aut in maiori quātitate, aut ex proximiori loco sunt excercenda, & licet eadem causa, quę incepta causat effectū, ipsa cōtinnata cū foueat nihilominus eadē diuerso modo indicat quando incipit, quā quando iam est fluxa, quia primo solum ex postulat reuulsionē, postea tamen deriuationē, & sic intelligendus est Gal. lib. de sanguinis missione 19. quando asserit quibus vero pars quępiā, nisi prius vacuati fuerint præcipue infestatur, aut eque ex quauis parte euacuationē moliri oportet, sed perinde ac in iis quæ iā laborare incipiunt, &c. Id est veluti in morbo particulari presente est necessariū, quod elligatur vena quæ rectitudinē seruet cum affectu sic, & in precautione affectus particularis, quod diuersum est in morbis vniuersalibus in quibus nulla requisita est electio nō vero, vt inuentor vult cum Argenterio lib. artis medicæ com. 3. easdē venas scindēdas esse in precautione & curatione, quod falsum esse ex eodē Gal. patet in fine cap. propositi, vbi omnia quæ proposuerat resumens, ait cōmunis igitur in his omnibus, qui vere ineunte ad sanguinis missionē veniunt hæc ratio est siquidē præcipue infirmā aliquā partē habent in quā, quæ coaceruatur plenitudo decumbat reuulsorie, vt euacuemus, si vero tale nihil sit vndecunque magis placebit, &, quod hæc sit vera ratio confirmatur ex eo, quod in morbo iminineuti solum est causa parata fluere cui reuulsio distātissima debetur, vt ad aliā partē natura cōsuetudinē assummat, tamen in præsenti morbo est causa fluere parata, & iam fluēs & fluxa ex quibus diuersis causæ motionibus variæ de summūtur indicationes quibus ocurrēdum est, ergo diuerso modo in precautione, & curatione est procedendum, & sic est Galenus intelligendus in presenti, vt censet acutissimus Vei,

ga libro artis medicæ 95. & Fusius in præsenti Petrus de Peramato deuacuãdi ratione 28. & inter omnes præstãtissime magister meus doctissimus Rodericus de Soria super Auic.

Ad 3. quod probat ex Gal. longissime a parte inflammata aduocãdos esse humores respõdetur, quod Galenus est intelligendus seruatis seruandis hoc est quã longissime ellegi possit dum modo seruetur rectitudo & omnibus ex postulantibus indicationibus correspondeat, & quia quando vrget affectus, & præsens est, non præstat inducias expectãdi, eligenda est vena, quæ cicius & directius locũ respiciat, & hæc semper distantissima non est, licet semper debeat esse cõtraria, & ideo in ipso 13. meth. vbi sententiã hãc Gal. affert eam exẽplis declarat siquidẽ in inflãmationibus oculorũ laudat flebotomiã ex cephalica & in pectore ex vasilica, quæ magis dictas affectas partes respiciũt, & quando absolute ex distantissima docet, est in preseruatione, vt cõstat ex ipso 2. de natura humana tex. 9. in ex opositione illius Hip. tex. & lib. artis medicæ 99. cum de remedis preseruatibis agat, nõ verò morbo exsistente presente, & non est quod dicas in illis exẽplis de consistente morbo esse intelligendũ, nam ipsi Gal. est cõtraria responsio ista siquidẽ de principiis morborũ loquitur, in quo tẽpore sanguinis missio locũ habet, nam in choantibus morbis flebotamia exercetur, & ad rebelendum præcipue, vt ipse in toto illo capite scitato docet.

Ad 4. vero respondemus concedendo maiorem, quod scilicet in principio inflamationis sit fluxio & quod sit reuulsio exercenda, quod ex eodem brachio non fiat negamus & ad probationem maiorem damus, negamus tamen minorem, quia sanguinis missio ex proprio latere aduocat humores a centro ad circunferentiam & ab inferioribus ad superiora, qui sunt contrarii motus.

Ad 5 & vltimum respondetur concedendo, quod si origo fluxionis cognoscatur, semper ad ipsam est reuocandus humor dũ modo morbus nõ tantũ vrgeat, vt relicto regimine causæ ad ipsum accedamus tamẽ quod semper sit vena caba origo pleuritidis negamus vt supra in 4. notabili probabimus & licet cõtingat, quod ex quisitũ erit, etiã sanguinis mis-

ſio ex eodē latere ad originē fluxionis aduocat humores n ſi a capite proueniat talis euacuatio ab inferioribus ad ſuperiora reuelit ſi ab externis ad exteriora aduocat illos tādē ſi a vena caua iterū ad ipſam aduocat humores prius quā ad brachiū per veniāt, quia tan vna, quam altera acxiliaris vena ab vno trunco ſcilicet, vena caua equaliter viſurcātur, & ſecundū hoc tan vna, quam altera, ex ipſa vena caba deponit ſanguinem & reuelit ad illam tamē acxiliaris eiuſdē lateris preter hoc habet aliam cōmunicationē factam per ramum cōmunicatū oſcula oſculis per anaſthomoſim cum ramulis venæ, ſine cōiugę cuius ratione nō ſolum euacuat ex vena caua reuelendo, ſed ex procximis partibus deriuando & euacuando, quia eadē pars eſt remota propter viſurcationē factam in vena caua & procxima propter cōmunicationem factam in altero ramo dicto, vt latius ex anathome cōſtat vnde patet, quod ratio illa, quod vna & eadē pars nō poteſt eſſe procxima & remota nullā habet vim quando pars habet diuerſas cōmunicationes cū affecta parte, vt iſta vena dicta, nā ſi vna tantum eſſet cōmunicatio bene probabat, ergo ſemper ad originem flucxionis, vt ipſe ait & nos cōcedimus aduocādus eſt & aduocatur humor miſſo ſanguine ex eodē latere, quod ſemper eſt & debet eſſe perpetuum.

Loci tamen Hipocratis & Galeni pro ſe aducti nihil contra nos probant, vt ex dictis patet nam locum autoris de natura humana Galenus ipſe explicat, quod de precautione intelligatur, quod affert ex Galeno in 13. meth. cōcedimus, ſed diuerſa eſt ratio in inflāmationibus exterioribus quę indutias dant expectādi quam in interioribus quæ ſemper vrgēt, preter quā quod in exterioribus nō eſt cōtrarietas ab intro ad extra, & ſic eſt neceſſaria quæ ſit ad lōginqua Actii tex. ex Archigenis ſententia eſt nō vero ex ſua dictum Celſi in exterioribus intelligitur, quod ex Auicena affert in probamus tanquam falſum id veritatis in veniēdi deſiderio propoſui non contradicendi animo præcipue mihi amiciſsimo quem alias ſummopere dilligo, ſed licet amiciſsimus magis amica veritas quę in retā graui ſūmopere eſt amplectēda.